

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Voluntas af  
cum uariis

Dico fiducialiter: nemini qui sit in propria uoluntate posset uniuersus mundus sufficere. Vtinam propria uoluntas rebus istis esset contenta ne in ipsum, horribile dictu, deseuaret auctorem. Omnino enim uellet Deum peccata sua aut uindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum que quantum in ipsa est, uult eum aut impotentem, aut iniustum, aut insipientem esse. Crudelis plane et omnino extranea malicia que Dei potenciam, iusticiam, sapienciam perire desiderat. Qui autem uult Deum esse iniustum, uult Deum non esse Deum; et qui desiderat Deum non esse, nonne quantum in se est Deum occidit?

Bernardus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Voluntas af] Voluntas ae P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ne] nec L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in *om.* M; deseuiet] dei euitet C; uellet] uelle B; que] qui B M; ipsa] ipso M; est uult] est ut L<sup>2</sup>; et] est P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>, et *add.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; extranea] exacranda V<sup>2</sup>, execranda L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; iniustum uult] iniustum uel C; non] Deum et qui desiderat Deum non *add.* C; Bernardus *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ibidem] sermone 3. De resurrectione domini V<sup>2</sup>